

NvK an Ks. Friedrich III. Er dankt ihm für die Unterstützung im Streit mit Hz. Sigismund. Er habe es vorgezogen, das an Hz. Sigismund gerichtete Schreiben vorerst nicht weiterzuleiten, um den Herzog nicht noch weiter zu provozieren. In Siena habe er durch die herzoglichen Gesandten erfahren, dass der Angriff auf ihn erfolgt sei, weil der Herzog eine Übertragung der Brixner Kirche an den Kaiser gefürchtet habe. Er habe den herzoglichen Gesandten erklärt, dass Hz. Sigismund nur nach Restitution der von der Brixner Kirche geraubten Güter absolviert werden könne. Rache und Hass aber lägen ihm fern.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 196f. Über dem Text: N. cardinalis ad imperatorem.

Regest: Jäger, Regesten II 324 Nr. 305.

Em.: Jäger, Streit II 63.

Serenissime princeps et domine clementissime. Post mei humilimam commendacionem et in omnibus servilem oblacionem. Recepi litteras maiestatis vestre¹⁾ plenas gracia, pietate et consolacione, que michi significarunt, quam benignum deus dedit nobis principem et ecclesie sue iustum et sollicitum advocatum et protectorem et michi
 5 in hac mea pressura non meis meritis, sed dei dono propicium et inperialiter affectum, cuius imperium fiat immortale pariter et immensum. Neque cessabo, quo ad vixero, ab hac oracione, cum aliud rependere nequeam. Et quia celsitudo vestra scripsit, ut facerem dari illustri d. duci Sigismundo litteram, quam vestra maiestas sibi in mee ecclesie et mei favorem super restitutione extortorum a me misit²⁾, et demum ad me
 10 remisit, si sic iudicarem expedire, perplexus, ne notarer per me aut meos impetrasse, quando sibi ab alio quam nuncio serenitatis vestre presentaretur, et sic potius ipse d. dux provocaretur quam obediret, hactenus distuli presentare; maxime eciam, quia series rei geste deficiebat atque iudicabam cum s. d. n. papa super ea res prius conferendum.

15 Cum igitur Senas applicuissem³⁾ et oratores d. ducis Sigismundi eciam advenissent et audienciam habuissent⁴⁾, intellexi ipsos pro excusacione allegasse d. ducem avisatum esse, quod ego maiestati vestre me subdidissem et obtulissem in servitium serenitatis vestre ecclesiam et omnia.⁵⁾ Ideo, ne hoc fieret, me apprehendisset. Vocavi illos oratores et respondi ipsos me admirari, si crederent coram papa tales excusaciones, que
 20 potius sunt accusaciones, aliquid valere, quando non est dubium ecclesiam non habere alium fundatorem, advocatum et protectorem quam serenitatem vestram ac quod ego uti vasallus per celsitudinem vestram graciose institutus illam porcionem michi commissam ad sacrum imperium spectantem gubernarem. Dixi eciam in litteris diffidacionum⁶⁾, que michi, postquam biduo circumvallatus fui et opidum per d. ducem receptum, presentate fuerunt⁷⁾, nullam de hac re mencionem fieri, sed tres causas continerent, quas statim pace data probavi non esse veras adductis testibus de consilio eius ibi presentibus et in diffidacione nominatis. Feci tamen pro d. duce, ut absolveretur, diligenciam, declarando eis ipsam haberi non posse, nisi integra precedat restitucio.⁸⁾ Ita illi nunc relacionem fecerunt, et quid facere intendat d. dux, ignoro. Presumo tamen,
 30 quod difficulter inducetur ad omnium restitutionem. Et quia nunc s. d. n. decrevit in forma iusticie gravissimum monitorium⁹⁾, oportet, quod ego acquiescam iussis pape. Si

tamen ante declaracionem deus ei inspiraverit, ut acquiescat iustissimis monitis serenitatis vestre quo ad restitutionem et quod tunc de iusticia videatur, ego, qui dei gracia omni odio et rancore careo, non secus pro ipso intercedam apud apostolicam sedem, quam, si numquam michi iniuriatus fuisset, et que in dies percepero, scribam. Aliqua 35
eciam de preposito Tridentino¹⁰⁾ scripsi de hac re serenitati vestre referenda. Ex
Senis 19 junii 1460.

Humilis servulus fidelis, licet inutilis, N. cardinalis
sancti Petri ad vincula manu propria

¹⁾ Dieser Brief Friedrichs III. an NvK ist nicht erhalten. Er dürfte zusammen mit dem Brief Nr. 6198 versandt worden sein, den NvK Hz. Sigismund vorlegen sollte; s. Z. 7-9.

²⁾ S.o. Nr. 6198 (1460 April 28).

³⁾ NvK traf am 26. Mai 1460 in Siena ein; s.o. Nr. 6234.

⁴⁾ Die herzoglichen Gesandten Hans von Kronmetz und Lorenz Blumenau waren bereits seit Anfang Juni an der Kurie; s.o. Nr. 6214.

⁵⁾ Dahinter stand die von Hz. Sigismund befürchtete Lebensantragung an den Kaiser; s. dazu oben Nr. 5473. Der Plan wird von NvK hier nicht dementiert, sondern eher verteidigt. Die Formulierung in Nr. 6275 Z. 15f. legt nahe, dass NvK zum Thema der Hochstiftsleben tatsächlich schon vor längerer Zeit mit dem Kaiser in Verhandlungen getreten war.

⁶⁾ S.o. Nr. 6157-6160, 6163.

⁷⁾ Der herzogliche Absagebrief wurde NvK erst am 15. April zugestellt, als die Stadt Bruneck bereits besetzt war und die Burg belagert wurde; s.o. Nr. 6193 Z. 69-71.

⁸⁾ Zu dieser Position s. zuletzt oben Nr. 6238.

⁹⁾ S.o. Nr. 6222 (1460 Mai 19).

¹⁰⁾ Johannes Hinderbach, Dompropst zu Trient. Worum es ging, wird nicht erwähnt.